

TRIBUNAL
CONFESSARIORUM,
ET ORDINANDORUM

DECLINATO PROBABILISMO,
COMPLECTENS

STYLO BREVI, CLARA, AC FIRMA SENTENTIA, OMNES
vltiores materias Theologico-Morales, iuxta probabiliora, ac incon-
cussa Dogmata Angelici, ac Quinti Ecclesiae Doctōris, D. Thomae
Aquinatis Ord. Præd. eiusque Invictissimæ
Scholæ.

SERVIENS OMNIBUS THEOLOGIS MORALIBUS, POTISSIMUM IIS, QUI SIVE
pro Animarum Cura, aut ordinum susceptione, sive pro imponenda Theologiæ Moralis, Studio
Coronide, vel defendendis Thesibus Moralibus, methodo Thomistica arguere, examinare,
aut responsa dare cupiunt. Ipsis etiam pœnitentibus, cuiuscumque sint
conditionis, perutile, ac necessarium.

OPERA, AC STUDIO P. Fr. MARTINI WIGANDT, ORD. PR. ED. SACR. A THEOLOGIAE
Magistri, eiusdemque in Celeberrima, & Antiquissima Universitate Viennensi Doctōris,
ac quondam Studij Generalis in Conventu Primi Moderatoris,
sive Regentis.

CONTINENS SEXDECIM TRACTATUS,
& octuaginta sex Examina.

CUI R. P. LECTOR Fr. FRANCISCUS VIDAL, REGALIS CONVENTUS PRÆDICATORUM
Valentia filius, (sylum Authoris sequens, & ipsissimam Doctrinam Seclans) addidit duos
Tractatus, in decem Examina distributos, Propositionum Damnatarum
vnius, & Bullæ Cruciatæ alius.

DICATUM EXC^{mo} DOM. D. DIDACO ASTORGA ET CESPEDES,
Archiepiscopo Toletano, &c.

SEXTA ÆDITIO, CÆTERIS CLARIOR, ET CORRECTIOR.

Anno



1725.

CUM PRIVILEGIO.

MATRITI. Ex Typographia Francisci del Hierro.

A costa de Francisco Lasso, Mercader de libros, frente de las Gradas de San Phelipe el Real.

EXCELLENTISSIMO DOM.

D. DIDACO ASTORGA ET CESPEDES,

QUONDAM MURGENSIS REGNI DIGNISSIMO FIDEI QUÆSITORI,
BARCINONENSI MERITISSIMO ANTIOTITI, SUPREMI FIDEI ORTHODOXÆ SENATUS PRÆSIDE,

NUNC VERO.

ARCHIEPISCOPO TOLETANO HISPANIARUM PRIMATI,
CASTELLÆQUE MAGNO CANCELLARIO,

REGIQUE A CONSILIIJS.

Franciscus Lasso Bibliopola Matritensis S.P.D.



UISQUIS in huius libri frontem intentos coniecerit oculos, statim in comperto habebit, quid mihi fuerit in causa, ut illum tibi, Princeps Excellentissime, dicarem, & offerrem; nam si utique verum profiteamur, quod verissimum est, egregia scilicet opera, & magni nominis, nomine haud quaquam parvo insignita esse velle; sed perspicui ambire vehementer nominis Mæcenatem, à quo & præsidium, & splendorem mutuentur; nulli certè dignius, nemini verè æquius, excelsum undique, & sacrum libri huius argumentum sacrari poterat, quam Celsissimæ tuæ Personæ; quam optimis instructam dotibus ita intuentur omnes, ut videatur in te certatim unitæ co conspirasse virtutes, Orbi ut exhiberent perfectissimam maximi Antistitis effigiem, seu ideam; quæ omnium excitaret plausum, admirationem raperet; qua de causa haud mirandum, te si non modo Primarij, quo nunc apud Hispanos fungeris; verum etiam Summi apud uniuersos Pastoris dignum iudicent officio.

At ne vulgaria in hoc proferam testimonia, maximum Regis nostri Philippi decantabo iudicium. In obscura, miserimæque temporum conditione Episcopum te Barcinonæ destinavit, tantus ubi tua ex Thiarâ prodijt splendor, Regium ut excitaret obtutum, & præ oculis te habere decreverit, in Summo Fidei Tribunali Præsidem collocando: quo

SUMA DEL PRIVILEGIO DE ESTE LIBRO;
y cesion del.

Tiene Privilegio de su Magestad el M. R. P. Fr. Ximen Ruiz, Prior del Convento de Santo Domingo, Orden de Predicadores de la Ciudad de S. Phelipe (antes Xativa) para poder imprimir por espacio de diez años el Libro intitulado: *Tribunal Confessoriorum, & Ordinandorum*, compuesto por el Rmo. P. Fr. Martin Uvigandt del mismo Orden, con dos apendices, vno sobre las Proposiciones Condenadas; y otro sobre la Bula de la Santa Cruzada, que compuesto el M. R. P. Fr. Francisco Vidal, del Convento de Predicadores de la Ciudad de Valencia, como mas largamente consta de su original, su fecha en S. Ildephonso à doce dias del mes de Octubre de mil setecientos y veinte y quatro años.

Y por vna escriptura otorgada ante Bartholomè Trobat, Escrivano Publico de dicha Ciudad, y comprobada de otros dos Escrivanos Publicos, en la Celda Prioral à 11. de Septiembre de 1724. años, cede dicho Convento el Privilegio à Francisco Lasso, Mercader de Libros en esta Corte, para que le pueda reimprimir, y vender por tiempo de los diez años, y no otra persona alguna, como consta de dicho Privilegio, y escriptura de cesion, à que me remito.

FEE DE ERRATAS.

Pagina 2. columna 1. linea 8. *petierunt* lege *pocerunt*. ibi. lin. 61. *idoneus* lege *idoneos*. ibi. col. 2. lin. 7. *supperunt* lege *suppetunt*. Pag. 3. col. 1. lin. 31. *modus* lege *modum*. ibi. lin. 41. *materialis* lege *materiales*. ibi. lin. 46. *in cap.* lege *in corp.* ibi. lin. 58. *vacetur* lege *vo-*
cetur. Pag. 4. col. 1. lin. 38. *cogatur* lege *cogaturque*. ibi. lin. 39. *est* lege *ex*. Pag. 5. col. 1. lin. 1. *imponatur* lege *imponantur*. Pag. 6. col. 1. lin. 56. *denegata* lege *denegate*. ibi. col. 2. lin. 1. *sauciati* lege *sauciari*. ibi. lin. 22. *pater* lege *patre*. ibi. lin. 51. *determinare* lege *determinate*. Pag. 7. col. 2. lin. 28. *disposito* lege *dispositio*. Pag. 10. col. 2. lin. 60. *patere* lege *patere*. Pag. 11. col. 1. lin. 28. *agit* lege *agis*. Pag. 12. col. 2. lin. 25. *confetur* lege *confetur*. Pag. 14. col. 1. lin. 13. *serupulus* lege *serupulus*. ibi. lin. 10. *agere* lege *ageret*. Pag. 15. col. 1. lin. 30. *aliquid* lege *aliquid*. ibi. lin. 47. *angerentur* lege *angerentur*. Pag. 16. col. 1. lin. 60. *cuilibet* lege *quili-*
bet. Pag. 17. col. 2. lin. 51. *licite* lege *licite*. Pag. 18. col. 1. lin. 26. *uso* lege *vsu*. Pag. 19. col. 1. lin. 2. *peccari* lege *peccati*. ibi. lin. 13. *negativa* lege *negativa*. ibi. col. 2. lin. 25. *rationis* lege *rationes*. Pag. 22. col. 1. lin. 37. *legislatores* lege *legislatoris*. Pag. 147. col. 2. lin. 41. *si sermo* lege *si sermo*. Pag. 148. col. 2. lin. 58. *Magistratum* lege *Magistrum*. Pag. 149. col. 1. lin. 26. *morte* lege *morc*. Pag. 160. col. 2. lin. 29. *protestatione* lege *protestatione*. Pag. 264. col. 2. lin. 1. *est* lege *ex*. Pag. 300. col. 1. lin. 52. *ob sine* lege *ob sinem*. Pag. 313. col. 1. lin. 34. *statum* lege *statutum*. Pag. 353. col. 1. lin. 36. *sacram* lege *sacram*. Pag. 369. col. 2. lin. 51. *ingua* lege *in aqua*. Pag. 372. col. 2. lin. 35. *maleficiam* lege *maleficium*. Pag. 396. col. 2. lin. 14. *stat* lege *stet*. Pag. 356. col. 1. lin. 32. *reuerenti* lege *reverentia*. Pag. 678. col. 1. lin. 41. *Religionis* lege *Religionis*.

Este libro intitulado: *Tribunal Confessoriorum, & Ordinandorum*, su Autor el Padre Fray Martin Uvigant, del Orden de Predicadores, advirtiendo estas erratas corresponde a su original. Madrid, y Julio 3. de 1725.

Lic. Don Benito de Rio Cao
de Cordido.

Corrector general por su Magestad.

SUMA DE LA TASSA.

TAssaron los Señores de el Consejo este Libro intitulado: *Tribunal Confessoriorum, & Ordinandorum*, su Autor el Padre Maestro Fray Martin Uvigandt del Orden de Predicadores, à seis maravedis cada pliego, como consta de su original, despachado à 10. de Julio de mil setecientos y veinte y cinco.

TRACTATUS I. ET PROOEMIALIS,

De Requisitis in Confessario.

NULLA est disciplina, vel ars, etiam illiberalis, ac mechanica, cuius in Magistrum antequam quis creetur, non sit Candidato subeundum examen; vel opere ipso, siue artefacto comprobandum, quod eos in arte fecerit progressus, ut Magistrorum Catalogo possit merito accenseri: *Nam sunt plerique (ait S. Gregor. in Prolog. Pastor.) qui dum metiri se nesciunt, quae non didicerunt, docere concupiscunt: qui pondus Magisterij tantò levius aestimant, quanto vim magnitudinis illius ignorant.* Et his vel & vel maxime Vix illis, qui se, inscitiamque suam metiri nesciunt, cum qua animarum Cura, muneris, angelicis etiam humeris formidando, se accingunt, saepe quò stupidiores, eo ad id promptiores: quæritui temporali interdum magis, quam spiritali iohiantes. Hinc non mirum, quòd animarum Cura applicandi prius citentur ad Tribunal, rigide examinandi, au Magisterio digni, inque aliorum Doctores, ac Iudices sint creandi, necne. Pro quorum eruditione, sit.

EXAMEN VNICUM,

De Examine, Potestate, Virtutibus, Scientia, Officio, & obligatione Confessarij.

De quibus S. D. partim in Supplemento, 3. part. quæst. 8. 18. & 19. partim in Opusc. 64. & 65. de Officio Sacerdotis.

* Num. 1. **Q**Uæro I. Ad Curam animarum aspirans, tenetis ne te prius sistere examini, in quo tæteris, ac iudicaris, an ad arduum, & tremendum hoc officium sis aptus, necne?

Resp. Tutissimè, & probabilissimè verbis Concilij Trid. sess. 23. c. 15. *Quamvis Presbyteri in sua ordinatione potestatem abieciendi à peccatis accipiant, decernit tamen sancta Synodus, nullum, etiam Regularum, posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale Beneficium, aut ab Episcopis per examen, si ita illis videbitur, aut alias idoneus iudicetur: & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: privilegij, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus.*

Ex his Concilij Tridentini verbis ad Quæsitum respondeo sub distinctione. Si cui legitimè est collatum beneficium curatum, seu habens annexam curam animarum, non intelliget alio examine, approbatione, vel expositione: & sic fit in Parochiis eo ipsa

enim, quòd Episcopus, talem censuerit idoneum pro administratione Officij Parochialis (quòd iudicium etiam solet fieri per examen) eum approbavit, & exposuit ad audiendas Parochianorum confessiones: nisi fortè in ea Diocesi obstaret specialis Constitutio Synodalis, ut scribitur esse in Diocesi Constantiensis. Verùm Religiosus, etiam exemptus, non Parochus, speciali examini se sistere tenetur.

* 2. *Sed quid*, si Religiosus ad Curam animarum, siue ad confessionum audientiam aspirans, sit Superior, seu Prelatus alicuius Monasterij, vel Provinciae, si Licenciatus, vel Doctor Theologiae, si Publicus Professor, nonne eo ipso est liber ab examine? *Respondo.* Non est, si Parochiali beneficio careat. *Ratio.* Quia Concil. Trid. universalitèr definit, *nullum Sacerdotem, etiam Regularum, posse secularium, etiam Sacerdotum, confessiones audire, nisi, &c.* ut notè. Ubi autem Lex non distinguit, neque nos distinguere debemus: ut aiunt Iura. Et licèt tali viro non desit scientia, fortè tamen deest experientia, & prudentia ad hoc conscientiarum forum necessaria: cuius proinde examen Episcopo committitur.

* 3. *Estne ergo*, Episcopis examen illud semper liberum? *Affirmo.* Iuxta quòd revocando privilegia à seipso 1567. quoad hoc concessa definiuit Pius V. anno 1571. octavo Idus Aug. in Bulla, quæ incipit *Romani Pontificis providentia.* In qua sic statuitur: *Hac nostra perpetua Constitutione decernimus, & declaramus, decretum Concilij Trident. de Approbatione Regularium, audiendis confessionibus secularium præpositorum, observari debere etiam in omnibus Regularibus quorumvis Ordinum, etiam mendicantium, etiam si sint Lectores, aut in Theologia,*